Fragmentarium

feruor etenim meridiani solis conuenienter in scriptu
ris ardorem dilectionis et inlustrationem significa
re sancti spiritus per quem eadem dilectio diffunditur in cordi
bus electorum. XXI.

Omnia uasa quae fecit hiram regi solomoni in do
mo domini de auricalco erant. in campestri regione iordanis
fudit ea rex in argillosa terra. Apte in regio
ne iordanis fusa sunt uasa domus domini in quo in de
licto flumine dominus noster baptizari dignatus est ut eius sancti
ficatur undis aquarum nobis alimentum in ablutione
peccatorum conuerterit. Quia omnes fidelium baptis
mo quo domino consecrantur in exemplum caelebrat
baptismatis illius quo ipse aquas sanctificauit.
Recte in regione iordanis uasa fusa sunt domus domini facta.
Neque enim electi uasa electionis et misericordiae
fieri possumus nisi per baptismum eius quo illo in flumi
ne subiit. Respicientes et ipsius talis flumine satage
mus celebrari. Notandum autem quod non sunt in regione
iordanis sed et in campestri regione illius facta dicit
eadem uasa scriptura. Significans multiplicationem fi
delium quae non solum in iudea sed et in omnium nati
onum erat latitudine futura. Expletur autem profe ti
a quae dicit. Gaudebunt campi et omnia quae in eis
sunt. Cui simili hoc quidem per psalmistam de sacramen
tis dominicae incarnationis loquens ex persona
eorum qui post completum eiusdem incarnationis

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, Baluze 270, ParisBNFBaluze270_318_f151v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0r5d/340/5324)